



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

9. Junij. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

CANTICUM

9. Junij. 5. Idus.

*Floruit B. ERMENGARDIS, Comitissa
anno 1150. Britanniæ: quæ vel uno hoc titulo
venerationem summam mereris, quod*

*à dulcissimo BERNARDO tantope-
re merueris diligi. Non enim, nisi di-
* Epist. Et astet amor, ad te scripsisset: * O si le-*

*llo. gere posse in corde meo, quod ibi de amo-
re tuo, suo dìgito Deus scribere dignatus
est! Unde ut tanto dilectionis affectui
te non exhiberes ingratam; monaste-
rium de Busajo condidisti. Quin ut
te veram BERNARDI filiam osten-
deres; assumpto Cisterciensi habitu,*

*non antè vivere desisti, quam sanctissi-
mam amantis effigiem, strenua vir-
tutum illius imitatione, ad vivum ex-
presseris. Ita nunquam defuere omni se-
cuto viriles è debiliiori sexu animi, qui ri-
ter age. ros ignavi & possint arguere. Utinam ego
hanc tandem exuerem, & me magni Do-
ctoris Africani verbis alloquerer: Si po-
tuerunt isti, & istæ, cur non ego? Calum-
nauseat, qui laborem.*

*Promo- B. JOANNES: qui in monasterio
tus año Villariensi Monachi nomen non solâ
1231. veste exhibitus, solitaria devotione
Deo, & animæ saluti vacabas. Preces*

cum

cum genitu & lacrymis deliciæ tuæ erant, & unica cura. Quæ pietas tua ut & alijs prodeisset: noviter erecto monasterio Grandimontensi præpositus, vitæ sanctissimæ exemplo probavisti; & solitudinem esse virtutum publicarum palastram. Malè aliorum defecitus culpat, qui suos ignorat. Hoc malum vatio ut declinem, solitudinem tecum adibo: ut sui ipsorum præter me solum nihil videam, us. nihil observem, minus judicem. Sat laboris hæc solitudo dabit, quo me utilissime exerceam.

S. BERNARDUS, ser. 57. in Can.

Perfectus omnis reputabitur, in cuius perfectionis anima tria hæc congruenter atq; op- tria in- portunè convenire videbuntur: ut & dicia. gemere pro se, & exultare in Deo noverit, simul & proximorum utilitatibus potens sit subvenire; placens Deo, cautus sibi, utilis suis.

DECRETALIA

10. Junij. 4. Idns.

B. MARIA, walencuriæ, seu Polen- gerij monialis: quæ sub sancta beata Annam
tæ Ascelinæ disciplina piè educata, circa annum 1181.

T 4

eidem